

1210, desembre, 9

*Adelaida i el seu marit Arnau de Sureda venen a Berenguer Eixac, pare d'ella, una quarterada de terra que n'havien rebut en donació per causa de núpcies, situada a Cassà, pel preu de 20 sous.*

ASD núm. 76, perg. orig., 145 x 118 mm.

Sit notum cunctis quod ego Adalaydis et maritus meus Arnallus de Sureta, per nos et per omnes nostros presentes et deinceps uenturos uendimus tibi Berengario Eschaco patri meo et tuis et cui dare uel dimittere siue impignorare perpetuo uolueris uidelicet .I. quarteratam terre quam habemus in parrochia Sancti Martini de Catiano ad capud ipsius tui campi de Uineale cum ingressu et regressu et cum omnibus in se existentibus propter .xx. solidos barchinonenses de quibus confitemur a te bene esse pccatos, exceptioni non numerate peccunie renunciantes. Et si quid amplius ualet de predicto pretio, totum damus et diffinimus tibi et tuis libenter. Et ideo de nostro iure hac potestate cum hac presenti scriptura predictam quarteratam terre, sicut nobis dedisti ad diem nuptiarum nostrarum in tuum dominium et potestatem tradimus sine aliquo retentu sicut melius potest dici uel intelligi ad omnem tuam tuorumque uoluntatem et comodum, ad omnes tuàs tuorumque uoluntates ibi et inde perpetuo fatiendas, saluo iure castri in omnibus. Omni autem iuri scripto uel non scripto siue consuetu- dinario rationi quoque et actioni qua contra hanc uenditionem nobis uel nostris modo uel de cetero competere possent nos uoluntate spontanea et ex certa scientia renuntiamus.

Actum est hoc .v. idus decembris anno Domini .Mccx.

Sig+num Adalaidis, sig+num Arnalli uiri sui, qui hoc firmamus firmarique rogamus. Sig+num Bernardi de Muscherolis, sig+num Petri Exerniti. Sig+num Bernardi Ruffini. Sig+num Petri Raimundi de Uillademanio. Sig+num Agnetis, uxoris eius, qui hoc firmamus et accipimus inde nostrum tercium. Sig+num Arnalli de Pradello Malanno baiuli, qui accipio inde meam redecimam.

(s. man.) Gerunesius scriptor de Catiano, qui hoc scripsit cum litteris suprapositis in .XI. linea, in loco ubi dicit "ad omnem tuam",  
t anno quo supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 186